

Pauli Apost. Commem.	22 Febr.	551
Pentecostes		505
Peregrini Latiosi Conf.	13 Maii.	[487]
Perpetuæ et Felicitatis Martyrum Commem.	7 Mart.	559
Petri Canisii Conf.	27 Apr.	[481]
Petri Cœlestini Papæ et Conf.	19 Maii.	726
Petri Damiani Episc. Conf. et Doct.	23 Febr.	351
Petri Martyris	29 Apr.	664
Petronillæ Virg. Commem.	31 Maii.	749
Philippi et Jacobi Apostolorum	1 Maii.	675
Philippi Nerii Conf.	26 Maii.	736
Pii V. Papæ et Conf.	5 Maii.	695
Primi et Feliciani Martyrum Commem.	9 Junii.	761
Pudentianæ Virg. Commem.	19 Maii.	727
QUADRAGINTA Martyrum	10 Mart.	569
Quinque Vulnerum D. N. J. C. Feria vj. post Dom. III. Quadrag.		[387]
RESURRECTIO D. N. J. C.		363
SANGUINIS pretiosissimi D. N. J. C.		
	Feria vj. post Domin. IV. Quadrag.	[395]
Scholasticæ Virginis	10 Febr.	538
Septem Fundatorum Ordin. Servorum B. M. V.	11 Febr.	540
Simeonis Episc. et Mart. Commem.	18 Febr.	546
Sindonis sacratissimæ D. N. J. C.		
	Feria vj. post Domin. II. Quadrag.	[379]
Soteris et Caji Pontif. et Mart.	22 Apr.	649
Stanislaï Episc. et Mart.	7 Maii.	701
THOMÆ de Aquino, Conf. et Doct.	7 Mart.	559
Tiburtii, Valeriani et Maximi Mart. Commem.	14 Apr.	641
Titi Episc. et Conf.	6 Febr.	533
UBALDI Episc. et Conf.	16 Maii.	719
Urbani I. Papæ et Mart. Commem.	25 Maii.	733
VALENTINI Presbyt. et Mart.	14 Febr.	545
Venantii Martyris	18 Maii.	723
Viginti sex Martyrum Japonensium	5 Febr.	[414]
Vincentii Ferrerii Conf.	5 Apr.	630
Vitalis Mart. Commem.	28 Apr.	660
Viti, Modesti, atque Crescentiæ Mart. Commem.	15 Junii.	772



## DIE XV. MAII.

## S. Joannis Baptistæ de la Salle

CONFESSORIS. DUPLEX.

**Omnia de Comuni Conf. non Pont. præter sequentia.**

**Oratio.**

**D**Eus, qui ad christiãnam pãuperum eruditiõnem, et ad juvẽntam in via veritãtis firmãdam, sanctum Joãnnem Baptistam Confessõrem excitãsti, et novam per eum in Ecclesiã familiã collegisti: concẽde propitiũs; ut ejus intercessiõne et exẽmpto, stũdio glõriæ tuæ in animãrum salũte fervẽtes, ejus in cœlis coronæ participes fieri valeãmus. Per Dõminum.

**In j. Nocturno, Lectio-nes de Scriptura occurren-  
te.**

**In II. Nocturno.**

**Lectio iv.**

**J**Oãnes Baptista de la Salle, Rhemis claro genere ortus, puer adhuc moribus et factis in sortem Dõmini se vocãndum et sanctimoniæ laude honestum portẽndit. Adolẽscens in Rhemensi Academia litteras ac philosophicas disciplinas didicit:

quo tẽmpore etsi ob animi virtutes et álacre ingẽnium ac suãve õmnibus carus esset, ab æquãlium tamen societãte abhorrebãt, ut solitudini addictus facilius Deo vacãret. In clericãlem militiam jãmpridem cooptãtus, sextodẽcimo ætãtis anno inter Rhemenses Canõnicos ascriptus est. Lutetiam Parisiõrum, theologiæ in Sorbonica universitatẽ datũrus õperam, contẽndit atque in Sulpitiãnum seminãrium adscitus est. At brevi parentibus orbãtus, domum rẽgredi coactus, fratres educãndos suscipit; quod, scientiãrum interim sacrãrum stũdia non intermittens, õptimo cum fructu prãstitit, uti exĩtus comprobãvit.

**R.** Honẽstum fecit illum Dõminus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductõribus tutãvit illum: \* Et dedit illi claritãtem æternã. **V.** Justum deduxit Dõminus per vias rectas, et ostẽndit illi regnum Dei. — Et dedit.

**Lectio v.**

**S**acerdotio demum auctus, qua præstanti fide animique ardore primum ad aram fecit, eisdem toto vitæ tempore sacris est operatus. Interea salutis animarum studio incensus, totum in earumdem utilitatem sese impendit Sororum a Jesu infante, puellis educandis institutarum, regimen suscepit, easque non modo prudentissime est moderatus, sed ab excidio vindicavit. Hinc porro animum advertit ad pueros de plebe religione bonisq; moribus informandos. Atque in hoc quidem illum suscitaverat Deus, ut scilicet, nova in Ecclesia sua religiosorum hominum familia condita, puerorum, præsertim pauperum, scholis perenni efficacique ratione consuleret. Demandatum vero a Dei providentia munus, per contradictiones plurimas magnasque ærumnas feliciter implévit, fundata Fratrum soliditate, quam a scholis christianis nuncupavit.

**R.** Amavit eum Dominus, et ornavit eum, stolam gloriæ induit eum : \* Et ad portas paradisi

coronavit eum. **R.** Induit eum Dominus lorica m fidei, et ornavit eum. — Et ad portas.

**Lectio vi.**

**A**djunctos igitur sibi homines in gravi opere et arduo, apud se primum suscepit; tum aptiori in sede constitutos disciplina sua optime imbuit iis legibus sapientibusque institutis, quæ postea a Benedicto decimo tertio sunt confirmata. Ex demissione animi ac paupertatis amore primum canonicatu se abdicavit omniaque sua bona in pauperes erogavit; quin etiam serius, quod frustra sæpius tentaverat, fundati a se instituti regimen sponte deposuit. Nihil tamen interim de fratrum sollicitudine remittens deque scholis ab eo, pluribus jam locis, apertis; impensius Deo vacare coepit. Assidue jejuniis, flagellis aliisque asperitatibus in se ipsum sæviens, noctes orando ducébat. Donec virtutibus omnibus conspicuus, præsertim obedientia, studio divinæ voluntatis implendæ, amore ac devotione in Apostolicam Sedem, méritis onustus,

sacramentis rite susceptis obdormivit in Domino annos natus duo de septuaginta. Eum Leo decimus tertius Pontifex maximus Beatorum catalogo inseruit; novisque fulgentem signis anno jubilæi millésimo noningentesimo Sanctorum honoribus decoravit.

**R.** Iste homo.

**In III. Nocturno.**

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

**Lectio vij. Cap. xvij.**

**I**n illo tempore : Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes : Quis, putas, major est in regno cælorum? Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

**In Cap. xvij. Matthæi, Homilia lx.**

**I**déte, ne aliquem istorum contempseritis parvulorum, quia eorum Angeli Patris mei faciem semper aspiciunt, et quia ego propter eos veni, et hæc Patris mei voluntas est. Ad tuendos conservandosque pusillos diligentiores nos reddit. Perspicis quam ingentia in tutelam tenuium moenia erexerit, et quantum stu-

dium, curamque habeat, ne perdantur, tum quia supremas despicientibus eos pœnas statuit, tum quia summam pollicetur mercèdem his, qui curam eorum suscipiunt, idque tam suo, quam Patris exemplò corroborat.

**R.** Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et de omni corde suo laudavit Dominum : \* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **R.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, et permanens in innocentia sua. — Ipse.

**Lectio viij.**

**D**ominum igitur etiam nos imitemur, et nihil pro fratribus omittamus, etiam eorum, quæ humilia viliaque nimium videntur : sed si administratione nostra etiam opus fuerit, quamvis tenuis, atque abjectum quidem cui administrandum sit, fuerit, quamvis ardua nobis res, atque laboris plena esse videatur, omnia hæc pro fratris salute tolerabiliora facilioraque, oro, videantur : tanto enim studio, tantaque cura Deus dignam esse

ánimam osténdit, ut neque Filio suo pepécerit.

**R.** Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in má nibus vestris : \* Et vos símiles hominibus expectántibus dóm inum suum, quando revertátur a nuptiis.

**V.** Vigiláte ergo, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. — Et vos. Glória Patri. Et vos.

**LECTIO IX.**

**S**I non est nobis satis ad salutem, quod virtuose ipsi vivamus, sed

opórtet aliórum salutem re ipsa desideráre; cum neque nos recte vivámus, neque alios hortémur, quid respondébimus? quæ nobis spes salutis réliqua erit? Quid majus, quam ánimis moderári, quam adolescentulórum fingere mores? Omni certe pictore, omni certe statuári, ceterisque hujúsmodi ómnibus excellentiorem hunc duco, qui júvenum ánimos fingere non ignóret.

Te Deum laudámus.



**URBIS ET ORBIS.**

Ad humillimas preces Rev. Fr. Robustiani, Procuratoris Generalis et Postulatoris Congregationis Fratrum Scholarum Christianarum, ab infrascripto Cardinali Sacro Consilio legitimis Ritibus cognoscendis ac tuendis Præfecto relatas, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII, ex ipsius Sacræ Congregationis consulto, benigne concedere dignatus est, ut Festum S. Joannis Baptistæ de la Salle Conf., cum Officio et Missa de Communi Conf. non Pont., exceptis Oratione et Lectionibus secundi ac tertii Nocturni propriis, sub ritu duplici minori, die decimaquinta Maii, post annum 1902 ab universa Ecclesia quotannis recolatur; mandavitque ut Calendario Universali ac novis editionibus Breviarii et Missalis Romani ejusmodi Festum cum suprädicto Officio ac Missa (de eodem Communi *Os justí*, præter Orationem et Evangelium) inscribatur, nec non Ellogium, prout huic præjacet Decreto, Martyrologio Romano inseratur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 10 Februarii 1901.

Concordat cum suo originali. In fidem etc.

Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis die 15 Martii 1901.

† D. PANICI Archiep. Laodicen. S. R. C. Secret.

IMPRIMATUR.

Tornaci, die 2 Aprilis 1901.

VICT. DUREZ, Vic. Gen.

Typis Societ. S. Joannis Evang. — Romæ-Tornaci-Parisis.



**Officia Propria**

**Sanctorum Hispanorum.**

PARS VERNA.

DIE XII. FEBRUARII.

In II. Nocturno.

**S. Eulaliæ**

**Virg. et Mart. Duplex.**

(In Dioc. Barcinon. Duplex j. classis cum Octava.)

**Oratio.**

**D**Eus, qui nos martyrii beatæ Eulaliæ Virginitatis et Mártiris tuæ sollemnitate lætificas : concede propítius; ut gloriosíssimis ejúsdem méritis, et terréna nobis proficiant, et coeléstia desiderata proveniant. Per Dóminum nostrum.

**Et fit Commemoratio Feriæ.**

**In j. Nocturno, Lectiones. De virginibus, de Comuni.**

**E**ulalia virgo Barcinonénsis, nobilibus paréntibus nata, et in Christi fide ac religióne educata, cum décimum quartum suæ ætátis annum attingeret, et in eadem ténera ætate desidério martyrii flagraret, divinitus inspirata, se ipsam sponte præsiði Daciáno, Barcinóne persecutióne adversus Christiános exercénti, ad martyrium offerre decrevit. Cumque ruri tribus fere milliáribus procul a Barcinonénsi urbe maneret, inde, paréntibus atque domésticis id ignorantibus,